ACAD.
LUGD.BAT.
BIBL.

Amplissime Dn. Collega et Affinis optime,

Laborabant tuae operae de Campi sententia. nunc illarum animos constituere ipsius libere. Populo etiam omni coeperunt, & quemadmodum ex opere & tempore rationem duco, video fore ut ad quindenam aut plane tectae tuae aedes, aut imbi sint. Testudines a tuae cochlearum in morem sitientium, quib. de coelo nihil irroratur, vel, ut aiunt illi (?) diligentur (?) pluvias videntur expectare. Lente certe procedunt. Perinus vicinus tuus aeris sanitati litare cupiebat in aedib. suis pulvere tormentario, & fortuito mortem sibi conscivit. Non desunt qui ei inurunt notam quam meretur crimen illud cujus jampridem fuit postulatus. Nimirum ad tristem partem sententia (?) est suspicio. Ego servum alienum nolo judicare. Domino suo stat aut cadit. Pedissequa Dnae Juniae Aeronii (?) filiae poste laborat abductaque [illegible] cum morbo, et ut volunt cum ipsa morte luctatur in horto Pedis nri. De Apollinis sacro animali ne ypsi quidem absq. te intelligimus. Βοῦς σοι ἐπὶ γλώσσῃ! Dn. Ebolteus (?) tibi commendavit Ignatium suum ad Quaesturam Beverdensem (?). Iam (?) possit ut te hujus muneris nisi professore alteri favere. quod jussus facio hac salutari clausula nisi summi nostri amor impediat. Hoc tu vides. Ita valeas atque salveas cum uxore tua lectissima & liberis nostro socio amore.

Tuus ex animo
nostrum (?)
D. de Wilhem

9 Novemb. 1635. Hagae.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 29
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1286

Ill.ri D.no de
Zuÿlichom

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 29
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1286